

5565 tabella aenea alta mill. 135, lata mill. 130. Supra foramen est ad tesseram appendendam; caput autem mulieris aereum ei adiunctum est recenti demum tempore. — Tolentini non ita pridem rep. SPANHEM. REIN. Fulginii apud amicum Holstenii TOMASINVS; (Fulginei) in museo Iacobilli COMP. Romae apud cardinalem de Maximis olim SPONIVS. Romae apud Io. Petrum Bellorium PACICH. similiterque CAVSEVS. In thesauro Brandenburgico BEGER. Adhuc Berolini in museo.

TESSERAM · PAGA
NICAM · L · VERA
TIVS · FELICISSI
MVS · PATRONVS
5 PAGANIS · PAGIS
TOLENTINES · HOS
TIAS · LVSTR ET · TESSER
AER · EX · VOTO · L · D D
V · ID · MAS · FELICIT sic

Recognovi. Spanhemius cod. Berol. 43 f. 30 cf. f. 28 'descripta ab Holstenio'; Tomasinus de tesseris (1647) p. 151, cui misit Holstenius; Reinesius app. 8 'ab Holstenio habuit Lambeccius; erat etiam in schedis Langermanni'; Compagnoni *Regg. Pic.* (1661) p. 343; Spon. misc. p. 301 qui vidit; Pacichelli *memorie novelle de' viaggi* p. 2 (Neapoli 1690) p. 237—247

cum tabula, cui dedit Bellorius adiecta Lucae Holstenii in tesseram eam enarratione et Caroli Patini de ea epistula scripta Patavii d. 27 Mai. 1678; Causeus mus. Rom. (1746) sect. 6 tab. 8 n. 1 (cf. p. 77) qui delineavit; Beger thes. Brandenb. 3, 412; Santini p. 18; Colucci 5, 221; Egger *rev. arch. N. S.* 4 (1861) p. 401, cui misit Ed. Gerhard. Orelli 2474 cum adn. Henzeni, qui contra dubitationes Orellii titulum recte defendit.

5566 arca magna, qua consilio publico reclusa a. 1455 reperta esse dicuntur corpora tria habita pro corporibus Catervii et Severinae uxor et Bassi (Santini Tol. p. 50 seq.). Tolentini in ecclesia S. Catervii.

in latere:

agnus **P** agnus

supra operculum in tabella:

FL · IVL · CATERVVS V C EX PRAEF PRAETORIO QVI
VIXIT CVM SEPTIMIA SEVERINA · C F · DVLCISSIMA
CONIVGE ANNIS · XVI MINVS D · XIII QVIEVIT IN PACE
ANNORVM L · VI · DIERVVM · XVIII · XVI · KAL · NOB DEPO
5 SITVS EST III · KL · DCB · SEPTIMIA SEVERINA · C F
MARITO DVLCISSIMO AC SIBI SARCOFAGVM
ET PANTEVM CVM TRICORO DISPOSVIT

ET PER FECIT
protome
viri
palliat
volumen
tenentis

protome
mulieris
palliatae
volumen
tenentis

in latere:

columba **X** columba

in latere:

Maria sedens in-
fantem tenens tres reges dona
 afferentes

apostolus d. manu pastorem monstrans, sinistra volu- men tenens; infra volumina	pastor ovem in collo portans	apostolus manu d. elata, s. volu- men tenens et pastorem monstrans; infra volumina
--	------------------------------------	---

in latere:

pone porta

tres pueri vestiti duo vir diade-
ut solent esse milites matus columna
magi lanceas hastam et cum
tenentes dextris scutum protome
elatis ad caelum gerens supra-
posita.

in postica:


in operculo:

QVOS PARIBVS MERITIS IVNXIT MATRIMONIO DVLCI
CATERVI SEVERINA TIBI CONIVNCTA LAETATVR

OMNIPOTENS DOMINVS TVMVLVS CVSTODIT IN AEVVM
SVRGATIS PARITER CRISTO PRAESTANTE BEATI

in arca:

QVOS DEI SACERDOS PROBIANVS LAVIT ET VNIXIT



In antica arcae supra anaglypha haec leguntur adiecta tempore posteriore:

FLENDE IACES IN BASSO ITERVM DEFVNCTE CATERVI
OCCIDIT ORE GENVS NOMINE POSTERITAS

TV MEDIVS GEMMA ET GERMANIS CLAVSA METALLIS
MORTE TVA FRACTVM EST BASSE MONILE PIVM

OCTAVVS DECIMVS VIX TE SVSCPERAT ANNVS
OCYVS ERIPITVR QVOD PLACET ESSE DEI

Recognovi. Iac. Lilius cod. Guelf. f. 73 (inde Reines. 20, 305 e schedis Langermannianis; ex Reinesianis opinor Gud. ms. 1043, 1); Ubaldus cod. Ang. f. 55; Phil. Ferrarius catalogus sanctorum Italiae (Mediolani 1613) p. 768 'ex S. Catervii passione et actis ms. ab ecclesia Tolentinate acceptis', ubi datur inscriptio primaria sola; Ughelli Ital. sacr. 2 (1647) p. 853 ed. 1, cui misit Ioh. Matth. Savius; Lilius Camer. p. 85; Compagnoni *Regg. Pic.* p. 347; Fabrett. 740, 505; Mabillon mus. Ital. 1 (1724) p. 221, cui per comm. de Puteo dedit Carolus Septala Dertonensis; Raffaelli ms. ab Angelo Faciullo Colmuranensi a. 1748 et a Lancellotto aliisque; Santini p. 63; Colucci 5, 256. 260. Odericij de hoc titulo epistula edita est *Giornale ligustico* 1829, 395.

Supra apostoli figuram a dextra intuenti haec medio aevo incisa leguntur secundum Santinium:

P · **A** + INGEMINĀ · **T** · RVRSVS · P̄D̄IE · **P** · CONIA P̄AV . . .

Catervius comes sacrarum largitionum qui nominatur in rescripto a. 379 (C. Theod. 6, 30, 3) diversus videtur. — De pantheo egit Rossius *Roma sott.* 3 p. 472 seq., de trichoro l. c. p. 457.